

Milan RAKIĆ:

SENECTA (II)

Scio Dominum non mihi dono donaturum
senectam tardam ac non me solemne viros
aurearum nuptiarum sobrios comites

Vita profluit ut spumae brevissimae,
noverca aliquando et mater quandoque,
confestim in aetatis flore evanescit
et qualis senecta sit, numquam sciam.

Velim in aetate vitae tarda
modestiam iuventutis renovare
ac praematura lucente luna desideria.

Velim ut olim permulcere
eisdem motibus modestis ac castis desideriis
manu senili comam tuam canam. . .

Vojislav J. ILIĆ:

DE TIBULLO

Ante signum marmoreum Veneris
sub umbra noctis mansuetae
Tibullus Quiris iuvenis stupefactus
passum mutus retardavit, mirum signum spectans.
In sinu tranquillitatis urbs aeterna Romuli
secure quieteque dormitabat.
At Quiris stat iuvenis
ac de miro signo pleno oculos non amovens
opus spectans assidue mirificum.
Et iam aurora effulsit at ille vigilans.
Etiam denuo nox nigra magicos capillos effudit.
Ille somniabat — ex somnio opprobria
eum excitaverunt et trans turbidam et totam urbem,
quae arcanae voces dixerunt:
— Tibullum infelicem nostrum,
dii protegant,
frigidum signum marmoreum osculari.

Zagreb.

Versio: T. Smerdel.